

Incorporatio Oppidi Raciaz
ad Ecclesiam Cathedralis
Plocensem.

28

Sigismundus Dei gratia Rex Poloniae,
Magnus Dux Lithuaniae, Ruspiae, Rus-
siaeque etc dominus et haeres. Signifi-
carius tenore presentium quibus expe-
dit universis. Quia Reipublicae commo-
do consulentes, atque etiam ecclesiae Ca-
thedrali Plocensi ad petitionem Reveren-
di in Christo Patris domini Erasmi Ep-
iscopi Ecclesiae ejusdem favore ad con-
sequenda commoda fauentes, oppidum no-
strum Raciaz in terra Plocensi situm
cum omnibus suis pertinentiis vi et mo-
do commutationis Reverendo in Chri-
sto Patri prefato domino Erasmo Epi-
scopo, ejusque successoribus Episcopis
Plocensibus perpetuo dedimus et ab ipso
recepimus sui Capituli Ecclesiae Plocen-
sis consensu accedens oppidum Cocalko
in terra Lublinensi situm cum omnibus
villis suisque pertinentiis, quocumque ab
antiquo existentibus pro mensa nostra
applicandis etiam perpetuo tenendum, et
possidendum. Quia tamen pro praedecus-
sore nostros in oppido Raciaz venera-
bili Nicolao Kopsobuerlii cancellario Ecclesiae
Plocensis

Ploccensis certe pecuniarum summe inscri-
pte sunt, consensimus et per presentes
consentimus, ut Magnus Prandota de
Ticiana Palatinus Ravensis sincerè no-
bis dilectus ipsa bona Raciæ exemat,
et nos Summas pecuniarum in dicto Op-
pido Raciæ justè et legitimè inscriptas
in Oppidum Cocchio presentibus literis
nostris vera summe quantitatem non
excedendo transferimus per eundem Pran-
dotam Palatinum et suos legitimos
successores oppidum prefatum Cocchio
tamdiu cum omnibus redditibus, pro-
ventibusquè ac censibus nullis excipien-
tibus, tenendum, habendum, possidendum
quoad nos vel successores nostri eidem
ejusquè successoribus summam ejus-
modi integrè ac intoto dissoluerent, qu-
ibus tamen Regalibus semper salvis
harum testimonio literarum, quibus
sigillum nostrum subappendi fecimus.
Datum in conventionem generali Craoviensi
Jenia sexta post Dominicam invocavit
Anno Domini millesimo quingentesi-
mo decimo quinto, Regni verò nostri
anno nono.

Cristophorus de Ichicastellanus
Sandoni, et Regni Pott. Cancell.

Prepiscano a Brygimata pargaminovogo amihilo-
vanogo, alitongo visi picege na Lavioavce Pargame
& 19. Mar. 1785. A^o